

stigia, quibus fretus poteris recordatione suprema beate vixisse,  
40 quod vixeris cum eisdem.

Vale, nec absque mi recordio, Vir eloquii singularis, ut optas.  
Oculorum caliginosa senectus, quamvis exuberante materia sic exosa,  
calamum acquievit.

Tuus Philippus Cavallo de Sancto Andrea — si quid valet.  
Pole 27 Ianuarii [1368?].

## 14.

*Epistola eiusdem Philippi ad eundem.* <sup>a)</sup>

[Vat. c. 106 r].

Frater, optans amodo cuncta tecum comunicare que gero, mitto  
inserta presentibus aliqua carmina, que in honorem et memoriam  
antique civitatis Pole et civium eius noviter, aggressi quamquam  
calamo, compilavi, quibus nil aliud potest prestare mea facultas hoc  
proximo meo recessu. Quid itaque, Vir optime, sentis superinde  
perlectis ipsis, scribe, precor, nec inerti calamo, potius imo moram  
tolle expectantibus odiosam. Saluto collegam, et vale felicius cum  
quo vivo.

10 Tuus Philippus Cavallo.

Pole, 27 Januarii.

Primordia civitatis Pole.

Polui sub Poluce Pola, Iovis inclita prole;  
Nullis adhuc viris ceperant mea littora nomen.  
Non sator, non messor erat; nemorosa colebant  
agrestes nimphe tempe, montana plerumque  
lustrabat Delia, sociis armata pharetris.  
Multe iam cecidere fere, cantusque sonoros  
Nereides et iura dabant in ripis aquarum.  
20 Precipites illas miro candore vidisses

<sup>a)</sup> Cfr. a pagg. 77, 99, 147, 162.

<sup>17</sup> Iustabant Ma<sup>3</sup>.      <sup>18</sup> Ma<sup>3</sup> canthiosque.      <sup>19</sup> Vat. Nereyde.